

ago) quam ut venati digito indicem lectori; qua nam ratione princi-
pia Metaphysica sint ad Theologicas veritates confirmandas referen-
da, & accommodanda. Fateor me in divinis perfectionibus, qua at-
tributa vocant, contemplandis immoratum fuisse diutius, quam
alicui fortasse praesens institutum exigere videretur: at compulsi me
rerum in primis dignitas, & altitudo, deinde quod mihi nunquam
visus sum luminis naturalis, atq; adeo nec Metaphysica, limites tran-
sire.

Et quoniam iudicavi semper magnam, ad res intelligendas ac pe-
netrandas in eis convenienti methodo inquirendis, & indicandis vim
positam esse, quam observare, vix, aut ne vix quidem possem, si Expo-
sitorum more, quaestiones omnes prout obiter, & veluti casu circa ex-
tremum Philosophi occurrunt, pertractarem: idcirco expeditius & utilius
fore censui, servato doctrinae ordine, ea omnia inquirere, & ante ocu-
los Lectoris proponere, quae de toto huius sapientiae obiecto investigari,
& desiderari poterant. Illud vero obiectum, quodnam sit, explanat pri-
ma huius operis disputatio, simulq; in ea praesatur dignitatem, utilita-
tem, & caetera, quae in praemissis scientiarum scriptores praemittere con-
sueverunt. Deinde in priori Tomo eiusdem obiecti amplissima, &
universissima ratio, quae videlicet appellatur ens, eiusq; proprietate-
tes, & causa diligentur expenduntur. Et in hac causarum contempla-
tione latius, quam fieri soleat, immoratus sum, quod & per diffici-
lem illam, & ad omnem Philosophiam, & Theologiam utilissimam
esse existimaverim. In Tomo autem altero inferiores eiusdem obie-
cti rationes prosecuti sumus, initio sumpto ab illa Entis divisione
in creatum, & creatorem, utpote quae prior est, & entis quiddi-
tati vicinior, & ad huius doctrinae decursum aptior: qui subinde
procedit per contentas sub his partitiones, ad quae genera omnia,
& gradus entis, qui intra huius scientiae terminos, seu limites conti-
nentur.

Quia tamen erunt permulti, qui doctrinam hanc universam Ari-
stotelis libris applicatam habere cupient, tum ut melius percipiant, qui-
bus tanti Philosophi principis nitatur, tum ut eius usus ad ipsum
Aristotelem intelligendam facilior sit, ac utilior: hac etiam in re lecto-
ri inseruire studui, indice, quem toti operi praescriptimus, a nobis elabo-
rato, quo si attente legatur, facillime (ni fallor) poterunt omnia, quae
Aristoteles in libris Metaphysicis pertractavit, & comprehendere, &